



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Ioannes Baptista. 24. lunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

24. Iunii. VITÆ SANCTORUM. 403
cularibus ardentes flammis optarunt,
supplices nonnunquam ad eam manus
tendere visæ : & verò quid illi cælum
negaret, centies per diem flexo populi-
te supplicanti, trecentis plagiis laceran-
ti corpus, atro pane vexanti verius,
quām extinguenti famen, & sanè non
duraturæ inter hæc supplicia, nisi An-
gelorum præsentia foveretur, & fami-
liari cum Dei Filio usu, qui subinde suâ
infantiâ amabilis, aliás agni aut columbae
specie decorus, ei delicias faciebat. Ab
hoc illi mira in divinas laudes eloquentia,
vires adversùs inferni laryas suppedira-
ta, quarum cum se una morienti inge-
reret, hoc ejus convitio fugata est : *Dis-
cede sanies, & tristitia.* Id quâ fronte
dicent, qui per omnem vitam se tam cu-
pidè in hujus belluæ simeto volutarunt ?

Ex Surio.

*Quid aliud Purgatorius ignis devorabit,
nisi peccata tua ? Quantò amplius tibi ipse
nunc parcis & carnem sequeris ; tanto du-
rius postea lues, & majorem materiam
comburendi servas. In quibus homo pecca-
vit in illis gravius punietur.* Thom. à
Kemp. l. 1. c. 24.

S. IOANNES BAPTISTA. 24. Iunii.

IOANNES melioris Solis melior Pho-
sphorus ortus sui nuntium Angelum
habuit. Ipse in matre jam sanctus, vix

Cc 2 natus

404 VITÆ SANCTORUM. 24. Junii.
natus est, cùm mutum parentem loqui
oracula infans fecit. Patriam domum
cum eremo mutavit, & cibum locustas
ac mel agreste, vestem camelii exuvias ha-
buit. In anno Tiberii imperantis XV.
viam C H R I S T o munire exorsus, non
tam verbis, quām vitâ ad pœnitentiam
scelerum hortatus mortales, animorum
lavacro initium dedit, quod ipsum Ser-
vator sanctius tactu suo reddidit. Hunc
ille itaque mundo Agnum ostentare, ad
hunc è scholâ suâ discipulos rectius eru-
diendos amittere, & jam indignum se
putare ad cuius vel ultimum servitium
descenderet. Sed nimirum se ipso ma-
jor, sacris etiam yatibus omnibus præla-
tus, & secundus à C H R I S T o ab ipso
met C H R I S T o est proclamatus. Et ta-
men tam charum cælo caput Herodes sal-
tariculæ filiæ pedibus donavit, & crude-
libus oculis pascendis mensæ etiam in-
ferri voluit. Itaque tunc, si unquam a-
liâs, lautè coenavit gula. Quæ enim men-
sa tam nobile caput habuit? Ex Hist. Evan.

Ioannes sanctus homo missus à Deo, imò
Angelus Dei innocentissimum illud corpus
sic castigat, sic extenuat sic affigit; vos in-
dui festinatis byssō & purpurâ, & splen-
didè opulari. S. Bern. serm. de Nat.
S. Ioan.

S. IUAN